III. *Regiſtrum Obſervationum de Lumine Boreali per quadriennium. Ex Epiſtola Viri Cl.* Gulielmi Raſtrick, *ad* Martinum Folkes, *Arm. R. S. V. Pr.* Lennæ Regis, Martii 20, 172$^{6}_{7}$.

MItto tibi, Vir Ampliſſime, Regiſtrum breve Obſervationum de *Luminibus Borealibus*, per quadriennium alterum (videlicet ab anno 1722,) à me continuatum. Neſcio profectò an in ulla re dignum ſit tua cognitione; ſed qualecunque eſt, judicio tuo & candori refero. Sum

&c.

GULIELMUS RASTRICK.

Die Martis, *Feb.* 19, 1722,3, hora ſeſquidecima.

Die Veneris, *Martii* 15, 1722,3, ab hora octava, ad mediam uſque noctem.

Die Martis, *Aug.* 20, 1723.

Die Dominica, *Oct.* 20, 1723, ab hora ſexta, ad mediam noctem.

Die Dominica, *Sept.* 26, 1725, Aurora Borealis viſa eſt ab hora ſeptima, ad horam decimam, cum Radiationibus variis.

Die Lunæ, *Oct.* 3, 1726, per totam noctem.

Item Die Martis, *Oct.* 4, 1726.

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to
Philosophical Transactions (1683-1775).
www.jstor.org

Itemque Die Saturni, *Oct.* 8, 1726, per totam noctem. Mirum ſanè Phænomenon, de quo nihil dixi, quia tam accuratè deſcribitur à Dominis *Langwith*, *Huxham*, *Hallet*, *Hadley*, & *Johan. Ludov. Calandrino*, in *Actis Londinenſibus*, N°. 395.

Die Mercurii, *Oct.* 26, 1726, circa horam decimam.

Die Veneris, *Martii* 3, 1726,7, ab hora octava, ad mediam noctem. Aurora hac nocte (ut mihi videbatur) longè mirabilior fuit illâ *Oct.* 8; & credo equidem, nullatenus diſcrepavit (ſecundum deſcriptiones quas habemus) ab illo memorabili Phænomeno, ſexto *Martii*, 1715,16.

Item Die Domin. *Martii* 5, 1726,7.